

cepit Job. XII. 31. modis omnib⁹ Christi fideles Ministros persequi-
tur, & omnibus ignominia generibus mundi mercedem iis
offerre deprehenditur. Paulus non uno tantum in loco Ca-
talogos integros injuriarum mundanarum, sibi propriarum,
in Epistolis suis producit, ex quibus modo saltem unum in-
troducimus II. Cor. XI. 23. quod fuerit in Laboribus plurimis, in
plagis supra modum, in carcerebus abundantius, in mortibus frequen-
ter: quod à Judeis, quinquies quadragenas una minas plagas
acceperit: quod ter virgines cæsus sit, semel lapidatus, ter naufragium
ficerit, nocte & die in profundo maris fuerit: in itineribus sepe, pe-
riculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex
gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in ma-
ri, periculis in falsis fratribus, in labore, & erumna, in vigiliis
multis, in fame & siti, in jejuniis multis, in frigore & nu-
ditate. Sed in his, & aliis, Apostolus semper ex-
tit fortis Athleta, magnaque πληροφορίᾳ & ταρπήσιᾳ fortiter
usus est in omnibus his tentationibus, sicut scribit ejusdem
Epist. c. IV. 8. In omnibus tribulationem patinur, sed non angustia-
mūr, in difficultates conjicimur, sed non desperamus, persecutionem
patinur, sed non derelinquimur, humiliamur, sed non confundimur,
(hac in latino, non in græco textu leguntur,) dejicimur, & non
perimus, semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferen-
tes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris: semper enim
nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum, ut & vita Jesu
manifestetur in carne nostra mortali. Sic enim fideles Ecclesiæ mi-
nistri sunt boni milites Jesu Christi II. Tim. II. 3. si masculine cun-
cta certamina subeunt, & in virtute Domini mala cuncta
fortissime vincunt.

3. Multa denique sunt, & magna fidelium Ministerorum post
militiam in cœlo premia, vel brabæa. Nec inter hæc postre-
ma dicitur Victoria Ministerialis corona. Non vero coronatur, nisi
legitime certaverit II. Tim. II. 5. Tribus autem in locis N. T. simulq;
tribus à distinctis Apostolis, Ecclesiæ Ministeris fidelibus Victoria
Corona tribuitur, & quidem (1) per Johannem Coronæ Vite, sicut
scribitur Angelo, vel Episcopo Smyrnensis Ecclesiæ, Apoc. II. 10. Eto fi-
delis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam Vite. (2) per Apostolum
Paul-